



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.

Phys. m.

322

13

Phys. m.

322 (13)

Pommer



DE

THEOPHILI CVM DIABOLO FŒDERE

Thys. m.

SCRIPTSIT



322/13

AEMILIVS SOMMER

BEROLINI

APVD GVILELMVM BESSER

MDCCCXLIV.



Fabulae quae de foederibus cum diabolo ictis feruntur duplici nituntur origine. Nam aut a vetere maiorum nostrorum ethnica fide profectae sunt, quam victores fidei christianae nuntii cum praeceptis quae ipsi de diabolo tradebant, modo inscientes modo consulto et cogitate, iungebant et confundebant; aut ortae ex orientis populorum religione, qui totum mundum in regna summi numinis boni et mali seiunctum esse voluerunt. — Wodano Ericus Sueciae rex se dedit (at hann gafsc Oðni; Iac. Grimm, deutsche mythologie, ed. secunda, p. 970), quo per decem annos victoriam sibi conciliaret; geniis domesticis homines utebantur familiaribus fidissimisque famulis; iuvenibus mortalibus nubebant nymphae; gigantes hominibus domus et pontes struebant aliamque navabant operam stipulantes praemia. Qui tali modo arctiora necessitudinis vincula cum diis geniisque contrahebat nequaquam sceleris quidquam in se admittebat; immo beatissimus deorum domus abundabat. Huius necessitudinis arctioris vestigia vel in hodiernis populorum fa-

bulis conspiciuntur: diaboli maxime qui homines non dei instar iuvant absentes sed sicut famuli vel amici per vitam comitantur non sunt nisi dii genique ethnici, qui a christianis tanquam proscripti diabolorum speciem simulare cogeantur. Contra dei instar diabolus Simonem magum adiuvit, quem diaboli primogenitum saepius vocat subditiarum Clementis Romani recognitionum auctor (ut Merlinum Britannii) diaboli-que patris auxilio omnia edidisse tradit miracula eadem quae patris dei ope edidit Christus. Etiam Christum ipsum arguerunt pharisaei, quasi diabolos expelleret diabolorum principis auxilio, et Ioannem baptistam increpabant Δαιμόνιον ἔχει (Matth. 11, 18. Luc. 7, 33); vel Isaias propheta (28, 15) impios facit loquentes 'percussimus foedus cum morte et cum inferno fecimus pactum.' Foedera igitur cum diabolo ici vetus videtur fuisse Iudaeorum persuasio. Atque haec quidem foedera inde ab origine summi censebantur sceleris, quod nemo commissurus esset nisi qui, quas a Deo accepisset aut rebus externis aut animi viribus non contentus, meliorem fortunam maioresque vires per diabolum se nacturum speraret: diaboli auxilio fretus eadem mente deo repugnavit qua Graecorum Prometheus et gigantes qui Olympum oppugnaverunt.

Servitutis igitur praemia a diabolo accipiebat homo aut divitias et honores ab ipso diabolo paratos aut ingenii facultates quae naturae et indolis humanae excederent fines, et quibus instructus homo quidquid deus hominibus negasset sibi pararet, quippe qui naturae arcana perspicere et vel in aliorum hominum fortunam haberet aliquam vim. Tali sapientia et vi a dia-

bolo praediti erant posteriorum temporum magi. Nam initio quidem quae in Germania de magis strigibusque et quae de diabolo tradebantur fabulas longe diversas fuisse Iacobus Grimm in mythologia germanica docuit (qui quae ibidem de diabolo et magica arte disseruit omnia ad hanc commentationem conferenda sunt): verum ex quo dii patrii speciem diabolorum induerant, magica ars unius diaboli auxilio disci poterat. Nam qui pactum cum diabolo fecerat hoc quidem pacto nondum magus erat; at post receptam fidem christianam qui magi fuerunt antea pactum cum diabolo fecerant. — Has fabulas de diabolo et de magis strigibusque traditas inde a quinto decimo maxime saeculo germanica gens summo studio et amore fovebat et excolebat; atque propterea ab antiquitatis patriae investigatoribus permagni aestimantur quod plurimae ethnicarum fabularum reliquiae dispersae in eas colligebantur, ut prope innumerae huius generis existerent fabulae, donec una absorberentur pleraeque ut rivi rivulique amne, qui cursu longe sonante per saecula fertur, Ioannis Fausti fabula. Quae hoc etiam memorabilior est quod nusquam fere duplicis illius harum fabularum originis tot tamque manifesta reperiuntur vestigia quam in libellis popularibus de Fausto scriptis, in quibus initio tanquam philosophice de dei diaboli-que indole et vi qua inter se certent disseritur, deinde prodigia a Fausto edita narrantur, quae diabolici prope nihil praebent sed modo transformatas modo integras deorum geniorumque germanicorum res.

Faustus antequam prodiret, omnium qui foedus

cum diabolo inierant celeberrimus fuit Theophilus, *) qui primus distinctis verbis pactum cum diabolo fecisse suaeque deditionis pignus literas scriptas et ob-signatas diabolo exhibuisse idem tamen a Maria virgine salvatus esse fertur. Ita, quamquam magicae artis a Theophilo exercitae nulla fit mentio, duplices tamen quasi radices haec fabula in populorum mente egit, quoniam ad Mariae cultum et ad doctrinam de diabolo traditam aequae pertinebat. Itaque a poetis usque reficta fere mille annos vixit. Quam ob rem, data hac scribendi opportunitate, operae pretium esse censui huius fabulae historiam enarrare.

Scripserunt de Theophilo diligentissime Bollandus et Henschenius (Acta Sanctorum, 4 febr. p. 480—483), non absque diligentia sed parum accurate Achilles Iubinal (Oeuvres de Rutebeuf, tom. 2 p. 260—269), satis confuse Franciscus Mone (Anzeiger für Kunde des deutschen mittelalters, 1834 p. 273—276): quibus quid deberem singulis dissertationis locis notavi.

Antiquissima fabulae enarratio, qua recentiores narrationes nituntur omnes, graeca est, *Eutychiano* cuidam adscripta: Μετάνοια καὶ ἀνάκλησις πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν γενομένη παρὰ τινος οἰκονόμου ὀνόματι Θεοφίλου ἐκκλησίας τῆς ἀνατολῆς χώρας τοῦ νομα Ἀδανα, διὰ τῆς μεσιτείας τῆς ἁγίας ὑπερενδόξου θεοτόκου καὶ αἰεὶ παρθένου Μαρίας. Duplicem eam edidit Ludovicus de Sinner in Iubinalii Oeuvres

*) cf. Iac. Grimii myth. germ. p. 969.

de Rutebeuf 2, 332—357, e vindobonensi et coisliniano codice, qui tantopere inter se discrepant ut iure, operam criticam reformidans, integra utriusque codicis verba reddiderit, quibus annotationes paucas subiunxit I. Fr. Boissonade (ib. 490—492). In vindobonensi codice, finita fabella, Eutychianus ipse auctorem se profitetur: Ἐγὼ δὲ Εὐτυχιανὸς, ταπεινὸς καὶ ἁμαρτωλὸς, οἰκογενὴς γενόμενος τοῦ τρισμακαρίστου τούτου ἀνδρὸς Θεοφίλου, λοιπὸν δὲ καὶ κληρικὸς τῆς αὐτῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, παρακολουθήσας τῷ ἐμῷ δεσπότῃ καὶ ὑπουργήσας αὐτῷ ἐν τῇ θλίψει αὐτοῦ, ἅπερ ἐώρακα τοῖς ὀφθαλμοῖς μου καὶ ἀκήκοα ἀπὸ τῆς μακαρίας αὐτοῦ γλώσσης τὰ εἰς αὐτὸν συμβάντα βεβαίως ἀνεγραψάμην καὶ πιστοῖς φίλοις καὶ εὐλαβέσιν ἀνδράσιν ἐξεθέμην εἰς δόξαν θεοῦ παντοκράτορος καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ δοξαζομένου ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Quod coislinianus codex haec verba non exhibet, idcirco vindobonensi codici, longe vetustiori, fidem nequaquam esse denegandam infra videbimus de Paulo diacono, historiae graecae interprete latino, disserentes. Sed nimirum omnem hanc auctoris asseverationem flocci faciendam esse nemo non perspicit, quippe qua populo fabulam miram et inauditam a fide commendare tantum voluerit aut scriptor ipse aut librarius aliquis. Eutychianum hunc, quem scriptores omnes tacent, unquam vixisse hoc uno quod exstat argumento satis probatum nemini est nisi iis qui et ipsi non dubitarent quin Theophilus cum diabolo pactus esset, ut medii aevi scriptores et vel Bollandus, a quo refelluntur qui Eutychianum deinceps patriarcham constantinopolitanum factum esse contenderunt, S. Eutychii no-

mine decepti (Acta SS. l. l. p. 481^b sq.). Eutychianus igitur, primus fabulae testis fabulosus et ipse, narrat Theophilum, insignis erga deum et homines pietatis virum, Adanae, oppido Ciliciae secundae (cf. Boll. l. l. p. 480 sq.), fuisse ecclesiae οἰκονόμον sive vicedominum. *) Episcopo mortuo vicedominus, rerum sacrarum antistitibus populoque aequè gratus, eligitur episcopus; sed munus recusat, tanti honoris minime dignum se professus. Alius creatur episcopus, qui paullo post, a calumniatoribus occoecatus, Theophilum ut antea vicedomini officiis sedulo fungentem a munere removet. Tali iniuria afflictus magi cuiusdam hebraei auxilium quaerit vicedominus, ut honores amissos recuperet. Magus, τοῦ διαβόλου ὑπουργὸς ὑπάρχων, insequenti nocte Theophilum in urbis circum ducit, enixe obtestatus ne ullo aspectu perterreatur neve crucis signo quidquid videat a se amoliri conetur. Videt autem ἄνδρας τινὰς πλείστους καὶ χλανιδιφόρους, μετὰ πλῆθος κανδηλάβρων **) καὶ δορυφορίας, φωνὰς βάλλοντας καὶ εὐφημοῦντας, καὶ ἐν τῇ μέσῳ αὐτῶν τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους καθήμενον· φημι δὲ τὸν διάβολον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν (p. 345). In genua procumbens

*) Eandem oeconomi et vicedomini dignitatem fuisse e scriptis ecclesiasticis probat Bollandus (p. 481). Ampli ecclesiae ministri utrumque est nomen, qui episcopo tantum subditus erat et 'ecclesiae res cum arbitrio sui episcopi gubernabat.' Sanctus Antoninus in Summae theol. parte 4 tit. 15 cap. 45 Theophilum vocat archidiaconum, pariter atque in argumento quod Hroswithae carmini de Theophilo praemissum est archidiaconi et vicedomini munus idem esse affirmatur.

**) cf. Iac. Grimmii myth. germ. p. 962.

diaboli pedes osculatur Theophilus eoque urgente omnibus eius iussibus se paritulum pollicetur. Ἄμα δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ δράσεται ὁ δόλιος τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων διάβολος τοῦ πώγωνος τοῦ ἀπὸ οἰκονόμων Θεοφίλου χαριέντως καὶ ἤρξατο ἀτάφειν αὐτὸν στόμα πρὸς στόμα καὶ λέγει αὐτῷ Χαῖρς ἀπὸ τοῦ νῦν γνήσιέ μου φίλε καὶ πιστότατε. Τότε εἰσῆλθεν εὐθέως εἰς αὐτὸν ὁ σατανᾶς (p. 346). *) Itaque Christo et Mariae fidem renuntiat eiusque renuntiationis documentum scriptum cera obsignatum diabolo tradit. Ab episcopo die insequenti honorificentissime in munus restitutus superbit ut diabolo subditus; postea vero ad poenitendum agitur: quadraginta dies totidemque noctes in templo Mariae eius auxilium implorat ab eaque postremo salvatur, quae Christum precibus commovet ut illius peccatorum obliviscatur eademque etiam literas diabolo traditas recuperat et Theophili in templo dormientis pectori imponit. Palam deinde scelus suum et Virginis, quae ter ei apparuit, clementiam profitetur Theophilus, literas diabolo ereptas comburit, tribus diebus post moritur.

Permagna, quam dixi, codicum discrepantia narrationis species tantum mutatur, res quae narrantur inter se non differunt; et quid senserit Iubinal, cui videtur in coisliniano codice historia secundum romanae, in vindobonensi secundum graecae rationem ecclesiae relata esse (l. c. p. 262), nemo, opinor, facilius perspiciet quam quid idem sciat non modo de

*) A diabolo homines basiari aliunde non comperi. Homines diabolo osculum dant servitutis signum, myth. 971. De vi in fabulis osculo tributa cf. myth. 1055.

Eutychiano sed de eius discipulis, quum moneat ne quis Eutychianum cum eius discipulo Eutychio confundat (p. 261), Bollandi videlicet, quem hic ut saepius tacet, de Eutychiano et S. Eutychio disceptationis male recordatus.

Quando Theophilus vixisse feratur ex auctoris verbis Ἐγένετο κατὰ τὸν καιρὸν ἐκείνῳ πρὶν ἢ τὴν ἐπιδρομὴν γενέσθαι τῶν ἀθέων καὶ ἀλιτηρίων Περσῶν ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πολιτείᾳ (p. 342) parum intelligitur, quoniam Persae regnum romanum saepius aggressi sunt. Sigibertus gemblacensis in chronico de Theophilo agit ad annum 537, ad annum 538 Albericus monachus Triumfontium in chronico, cui assentiunt Bollandus et scriptores recentiores, quum anno 540 bellum persicum repetitum sit. Martinus Polonus Theophilum imperante Iustino II pactum fecisse refert (Acta SS., 4 febr. 481^b *).

Graecam narrationem latine reddidit *Paulus diaconus neapolitanae ecclesiae* eamque una cum libello conversionis Mariae aegyptiacae dedicavit 'Domino gloriosissimo et praestantissimo regi Carolo.' Quum de hoc quoque Paulo diacono testes alii desiderentur, inanis nimirum est disceptatio utrum Carolus magnus an Carolus calvus significatus sit (cf. Acta SS. l. l.

*) Anni 835 auctor est Mone (Anzeiger 1834 p. 276), qui Herculem Vincemalam vituperat, quod de anno 536 loquatur: at Monii auctor haud dubie typographus est qui in Fabricii bibl. graeca 10,339 (ed. Harles) 835 pro 538 expressit, quem locum Mone paullo post laudat. Monii errorem iterarunt Rosenkranz (Zur geschichte der deutschen literatur, p. 97) et Blommaert (in commentatione carmini nederlandico infra memorando praemissa).

p. 482^a, ubi Bollandus Carolum calvum defendit contra Vossium Caroli magni patronum). Quod nomini Paulo additur 'diaconus Neapoleos' satis probat hunc non esse Paulum diaconum Warnefridi filium, sed Carolus quo regnante scripsit non modo magnus aut calvus sed etiam Carolus crassus et vel Carolus III stolidus († 929), Franciae rex, intelligi potest. Editā est haec translatio in Actis SS. I. I. p. 483—486 e tribus codicibus. *) Eutychediani narrationem (quae hic in tria capita seiuncta est) a Paulo non esse commutatam sed ad verbum translatam inde patet quod fere omnibus locis quibus coislinianus et vindobonensis codex inter se consentiunt a Paulo verbum e verbo redditum est: praeterea saepissime cum vindobonensi codice consentit Paulus ubi coislinianus codex dissidet, praecipue ubi verba et vel versus in hoc desiderantur; quo probatur in coisl. codice multo plura librarii menda et vel lacunas non raras exstare. Credibilis ergo est illam vind. codicis clausulam, quae Eutychedianum praebet auctorem, in coisl. codice esse omissam quam in vind. additam; praesertim quum Paulus libello titulum inscripserit Miraculum S. Mariae de Theophilo poenitente, *auctore Eutychediano*, interprete Paulo diacono Neapoleos: quamquam clausulam ipsam Paulus non reddidit, iure fortasse veritus ne illa vim auctoris consilio, qui fabulae fidem augere studuit, plane contrariam exerceeret fabulamque redderet suspectam. In-

*) Codices alios memorant Fabricius Bibl. graeca (ed. Harles) 10,339, Lambecius Comm. de bibl. caes. vind. 8,76, Iubinal Oeuvres de Rutebeuf 2, 226.

terdum vero, quanquam multo rarius, coisl. codici assentit Paulus, unde colligitur nec in vind. codice intactam historiam graecam esse servatam: nam horum locorum perpauci inveteratorum mendorum suspicionem movent, velut aperte corrupta et pro sententiarum quibus immiscentur nexu ridicula sunt coisliniani codicis verba (p. 342) καὶ μικρόν τι ἀπογευσάμενος, quae transfert Paulus cap. 3 'modicum gustans'; recte legitur in vindobonensi codice (p. 357) καὶ μικρὸν διαναπαυσάμενος ἐν αὐτῷ (templo), id quod reddit alter interpres latinus, multo recentior, verbis 'cum parum in eo requievisset' (Surius Vitae Sanctorum tom. 1 p. 829).

Ex hac una Pauli diaconi translatione Theophili fabulam medio aevo occidentis populis compertam fuisse infra partim de singulis recentioribus agens scriptoribus partim, omnibus quos novi memoratis, sub finem dissertationis probare conabor.

Eutychiani libellum, teste Bollando l. l. p. 482^b, *Simeon Metaphrastes* 'elucubratis a se aliorum sanctorum actis adiunxit': praeter hoc nihil de Simeonis ipsius opere comperi; sed *Gentiani Herveti*, qui Simeonis libro usus est, translatio latina, ab Aloysio Lipomano in Vitarum sanctorum Patrum tomo 5 et a Laurentio Surio in Vitarum Sanctorum tomo 1 p. 823—829 edita, tam accurate cum Paulo diacono et ubi graeca exempla inter se non differunt cum his consentit ut dubitari nequeat quin Simeon Metaphrastes Eutychiani narrationem non retractaverit sed integram retinuerit. Vel tria illa quae infra dicemus graeco scriptori propria a Paulo omissa et historiae clausulam

illam de Eutychniano auctore additam Simeon servavit inmutata. Gentiani Herveti translationem excerptis atque sermonum quos Theophilum loquentem facit verba retinuit *Petrus Canisius*, societatis Iesu theologus, in libro De Maria deipara virgine (lib. 5 cap. 20, sive tomo secundo operis De verbi dei corruptelis, Ingolstadii 1583, p. 742 sq.), quamquam ipsum duntaxat Simeonem Metaphrastem, non interpretem latinum, sibi cognitum esse simulat. Pariter hoc Canisii summarium fere ad verbum transcripsit *Martinus Del Rio* in disquisitionibus magicis, libri 3 parte 1 quaest. 7 sect. 2 (Coloniae Agrippinae 1624, p. 443 sq.; cf. p. 101. 147, ubi paucis verbis fabulam tangit), quamvis ad Metaphrastem aliosque auctores complures, qui fabulam longe aliter narrant, provocet, de Canisio, vero auctore, taceat.

Carmen de Theophili foedere primum composuit saeculo decimo *Hroswitha*, sanctimonialis gandershemensis, 'Lapsus et conversio Theophili vicedomini' (opp. ed. Schurzfleisch, p. 132 — 145), cuius tot loci singulas et distinctas graecae narrationis sententias et vel Pauli diaconi verba ipsa praebent ut aperte perspiciatur Hroswitham Paulo interprete usam esse. Theophilum in Sicilia vixisse et ab episcopo quodam divite educatum esse narrat; praeter ea nihil addit, pauca omittit, ne minimam quidem fabulae partem commutat: atque vel Sicilia pro Cilicia fortasse non nisi librarii mendo legitur. *)

*) Ut apud Gualtherum de Coinsi, Iubinal l. c. p. 272, in codice bibl. regiae parisiensis 6987 legitur *Sesile* pro *Celice*

Etiam diligentius Pauli diaconi vestigia legit poeta latinus, quem *Marbodem* esse episcopum redonensem († 1123) non improbabilis est Bollandi suspicio (l. l. p. 482^b). Carmen, versibus leoninis compositum, primus edidit idem Bollandus p. 487 — 491, iteravit Beaugendre in Hildeberti Turonensis et Marbodi operibus (Parisiis 1708, p. 1507—1516). Hic nihil quod Paulus tradit omisum est, vel capita in quae historiam seiunxit servata sunt (nisi quòd Pauli caput tertium in duo iterum divisum est), prope iisdem verbis inscripta. Nihilominus tamen carmen multo praestantius, fervidius, gravius est quam Hroswithae diligenter quidem elaboratum sed poeseos aura parum perfusum: immo praestantissimum censeo carminum omnium de Theophilo conditorum excepto uno francogallico Gualtheri posthac describendo. Fabularum scrutatori memoratu digni duo tantum sunt loci a poeta additi, quorum altero diabolus a mago hebraeo appellatur Pater (p. 488^a B), ut deus christianus atque Wuotan et Donar nostri ethnici vocantur a cultoribus; altero probatur multas iam illo tempore fabulas foederum cum diabolo ictorum et Christi clementia solutorum propagatas fuisse, quum diabolum loquentem faciat poeta de Theophilo (p. 488)

tunc mea dona feret, si nobis fidus adhaeret:
sed mihi suspecta nimis est haec perfida secta
Christi cultorum, quoniam mihi quilibet horum

(: *propice*). Theophilum in Sicilia vixisse, teste Monio (Anzeiger 1834, p. 276), Hercules Vincemala quoque in Miraculis Mariae virginis (lib. 1 cap. 11) refert.

obsequitur, fractus adversis; votaue nactus
 a me discedit et Christo rursus obedit,
 qui vehemens mea iura premens fovet hunc re-
 vocando,

quem pia gratia cogit ut omnia salvet amando.

Paullo post Hroswitham oratione soluta fabulam adumbravit *Fulbertus episcopus carnotensis* († 1029) in sermone priori de nativitate beatissimae Mariae virginis (opp. Parisiis 1608, p. 136 sq.), qui a narrationibus prioribus minime quidem discedit, sed historiam brevius refert quam ut discernamus utrum illa 'scriptura quaedam' ab auctore laudata Pauli diaconi libellus fuerit an non. — Eiusdem generis est *Sigiberti gemblucensis* brevis narratio in chronico (ad annum 537), quamquam Sigibertum Pauli translatione usum esse inde colligitur quod eam in libro De scriptoribus ecclesiasticis (cap. 69, cf. Acta SS. I. I. p. 482*) memorat.

Admodum mutatam tradit fabulam saeculo duodecimo *Hartmannus* maior in carmine *Vom gelouben* v. 1926—2001. Theophilum narrat diabolo inservisse ut divitias et gloriam adipisceretur, deo fidem renuntiasset (er widersagete gote 1934; tacetur de Maria), sed deinde a deo ad poenitentiam actum coram populo scelus confessum esse et post haec Mariae auxilium implorasse, quae cum omnibus sanctis precata a deo poenae remissionem Theophilo impetravit. Deus ipse diabolum coegit ut literas a Theophilo acceptas redderet, quas in ceteris fabulae narrationibus omnibus recuperat Maria; tum ex aere diabolus literas dejecit:

1982 dâ was intgegene
 des lûtes ein michel menige,

di daz sâhen alle
 daz her in liez nider falle
 von der luft obene.

Priores illae discrepantiae poetae esse possunt, sed postrema multo gravior haud dubie e populari opinione repetita est. Pari modo viro cuidam, qui diabolo fidei pignus cochlear argenteum exhibuit, postea poenitentia expiato cochlear ex aere in gremium cecidit (Altd. blätter 2, 76 sq.). Hic iam diabolus, ut fere fiebat (cf. myth. p. 971), cum dracone videtur et cum deo domestico consociatus et mixtus esse. Diabolus sub coelo non habitat sed in terrae speluncis; draco vero et cobalus aera pervolant pecuniam aliaque bona domino afferentes: vel Mephistophiles, qui Fausto inserviit quemque in antiquissimis de Fausto libellis popularibus a deo domestico haud longe distare alio loco probabo, Fausto cuiusnam generis numen sit quaerenti in his libellis omnibus respondet se esse genium volentem sub coelo habitantem. Diabolum sive draconem cogi posse ut praedam quam fert de coelo deiciat testimoniis veteribus demonstrare nequeo, sed ego nuper in Saxonia audiui etiam nunc cobalum simplicissima quadam invocatione adeo obstringi ut quidquid apportet ex aere *despuat*.

Saeculo tertio decimo *Vincentius Bellouacensis* († 1264) speculi historialis libro 21 capp. 69. 70 foedus et salvationem Theophili retulit, quem non nisi Pauli translationem excerpsisse primo aspectu intelligitur, quum fere tertia narrationis pars praebeat ipsa Pauli verba. Sequuntur eiusdem saeculi carmina quatuor.

Gauthier de Coinsi *), poeta ingenio et arte praestans, omnino eandem quam auctor graecus eiusque interpretes latini praebet fabulae speciem atque vel rerum leviorum prope nihil omisit; at eleganti et subtili animo argumentum effinxit, narrationem sentiis lepidis et argutis pertexuit, ut eius carmen omnibus de Theophilo conditis antecellere videatur. Locorum quos poeta addidit vel accuratius exornavit quatuor memoratu haud indigni sunt. Primum enim sententiam illam, quam fabularum harum ex occidentis fide ethnica non ortarum quasi fundamentum esse diximus, Gualtherus distinctis verbis primus effatus est: hominem cum diabolo pacisci quod de dei auxilio desperasset deumque tanquam ad certamen provocaturus esset. Priusquam enim Theophilus cum mago iudaeo colloquitur, exclamat (p. 276)

ahi, maufez, car acourez!
 s'à cest besoing me secorez,
 vostre hom et vostre sers serai
 et tous jors mès vos servirai.
 ne servirai mès en ma vie
 ne dieu ne sa mère Marie:
 apertement puis bien véoir
 de moi aidier n'ont nul pooir.

In graeca narratione et in Hroswithae et Marbodi carminibus Theophilus moerore fractus a mago quasi decipi et ad scelus, quod antequam committit ipse igno-

*) natus a. 1177 Ambiani, 1236 Prior monasterii *Vis-sur-Aisne* electus: cf. Biographie universelle tom. 9 p. 194. Carmen edidit Iubinal l. 1. 2, 271 — 327.

rat, callide adduci videtur: itaque vitia, quibus inquinatur diabolo obnoxius, ante Gualtherum leviter tantum tanguntur (ne dei clementia nimis indignus habeatur Theophilus); at inquinatissimum eum describit Gualtherus (p. 287—289), quoniam sensit a peccatore timido deum non illudi, deque benignitatem eo majorem conspici quo majorum scelerum poenam remitteret. — Deinde, id quod minoris est momenti, dum Theophilus vitiis gaudet, Maria a deo sua sponte petit ut in eius animo poenitentiam excitet (p. 289). — Tum diabolorum consessum adeo depingit poeta (p. 281 sq.):

avis li (Theophilo) est, quant s'en prant garde,
 toz li païs esprangne et arde;
 d'anemis voit plus de cent mile.
 avis li est qu'entor la vile
 procession voient faisant.
 ne sont pas mu, coi, ne taisant,
 ainz font tel temolte et tel bruit
 touz li païs en croule et bruit:
 en noise faire se déportent.
 lor seignor mainnent et comportent
 et plus qu'orages vont bruiant.

Graeci auctoris quae huc spectant verba vide supra p. 6, quae Paulus diaconus parum accurate reddidit 'ostendit ei (Theophilo magus) albos chlamydatos cum multitudine candelabrorum clamantes et in medio principem sedentem' (l. l. 484^aC). Ad Gualtherum paullo propius accedit Marbodius (488^aB):

vociferante mago satanas rex, mortis imago,
 illius signa turba comitante maligna,
 ipse teter, *fuscus*, barathri tamen *igne coruscus*

splendenticque parum, decet ut regem tenebrarum,
adveniens sedit sublimis.

Gualtherum suspicor chorearum aliorumque ludorum meminisse quibus noctu laetantur genii quos nos dicimus *elbe*. Ab his permultas in diabolum translatas esse fabulas Iacobus Grimm in *mythologia germanica* p. 966 sq. docuit. Singularem vero fabellam, qua diabolorum conventus simili modo atque a Gualthero pingatur, afferre non possum nisi quam praebet libellus de Fausto popularis antiquissimus*), quo teste Faustus in silva ad Vitebergam, diabolo adiurato, a permultis diabolis ingenti fragore et circumfusa luce cinctus esse dicitur, qui modo sagittas in eum mitterent, modo curribus inveherentur, modo iucunde cantarent, modo ludos equestres exercerent**). — Denique Gualtherus,

*) ed. Francofurti 1592, p. 8. Hic et fabula quae fertur de venatore feroci immixta est.

**) Descriptionem hanc servarunt eiusdem libelli interpretes francogallicus (Victor Palma Cayet, ed. *A Rouen* 1667 p. 8 sq.) et nederlandicus (*T'Amsterdam* 1728, p. 11), valde mutarunt et prope removerunt Nicolaus Pfitzer ceterique qui libellum in Germania retractantes non correxerunt sed corruperunt. Cum diabolis istis ludos equestres exercentibus confer nanos, qui interdum finguntur tanquam equites (quippe quos arma praestantissima fabricari constet), ut in carminibus *Alexander und Antiloie* (Altd. blatter. tom. 1) v. 161—176 et *Friderich von Swäben*, p. 51 apographi quod servatur in bibl. regia berolinensi (ms. germ. fol. 18): Die zwerg triben groß frewden vil Taglich mit ritterlichem spil, Mit turnieren und stechen, Die sper manlich zerbrechen, Dar zu tanzten und springen, Mange kel mit gesange erklingen', atque in eodem carmine rudissimo p. 151 pumiliones thoracibus induti sunt et p. 66 sq. gladiis pugnant.

ut Marbodus, diabolo querelas tribuit quod crebro ab hominibus fallatur (p. 283 sq.):

maint crestien m'ont décéu :
quant du mien ont assez éu,
et mes honors et mes hauteses,
mes granz avoïrs, mes granz richeses,
si se confessent et repentent
et ensi me guilent et mentent.
mes amors prennent et reçuevent
et puis après si me deçuevent
luès droit qu'à confession viennent.
ne sai où vont ne qu'il devienent :
jà puis un seul n'en reverrai.
jà crestien mès ne crerai
se n'en ai lestres ou séel;
ne me tenront mès por chael. *)

Ex his duobus quae postremo loco attulimus suspicari licet Gualtherum non Pauli diaconi translatione sed Marbodi carmine usum esse; id quod neque refelli neque aliis argumentis sustineri potest, quoniam Paulus et Marbodus, ut supra diximus, nimis inter se consentiunt. **)

Rutebeuf in carmine scenico *Le miracle de Théophile* ***) integram quidem fabulam antiquam non re-

*) catulus.

**) Quod Iubinal (l. c. 264) frustra quaesivit carmen francogallicum teste Bollandi olim in palatio Bruxellensi servatum fortasse idem Gualtheri est, quod Mone (l. c. 275) Bruxellis vidit.

***) edidit Iubinal l. c. 2, 79—105, iteravit Franciscus Michel, Théâtre français du moyen âge p. 136 sqq.

tinuit, ut quem secutus sit auctorem non intelligatur, sed non tam res sententiasque quibus fabula maxime nititur commutavit quam leviores non paucas omisit, nonnullas addidit novas; inter quas duae notandae sunt hae. Primum Theophilus, qui diaboli ope creatur senescalcus (p. 94), literas quas diabolo exhibuit suo ipsius sanguine scripserat:

p. 105 de son sanc les escrist; autre enque n'i
fist metre.

Antiquissimus quem novi hic est locus quo homo literas sanguine scriptas diabolo tradidisse fertur. *) — Deinde Theophilus poenitentia commotus exclamat

p. 95 Sathan, plus de sept anz ai tenu ton
sentier.

Praeter hunc locum nusquam memoratur quam diu Theophilus diabolo inservierit; septem vero annos foedera cum diabolo icta crebro durasse traduntur. **) — Theophilum de dei auxilio desperasse et ideo diaboli potentia fretum cum deo quasi certamen iniisse, Rute-

*) Secundus scriptionis huius ut ita dicam symbolicae testis mihi est Brun de Schoenebecke infra laudandus. Saeculo quarto decimo fabulam hanc iam propagatam fuisse Hartliebi libro de artibus vetitis docemur; cf. Mone, Anzeiger für kunde des mittelalters 1838, p. 315.

**) Cf. Wolf, Niederländische sagen 266. 358. 359. 455. 456. 459 (cf. 452): qui in potestatem geniorum (*der elbe*) venit ante annum septimum peractum liberari nequit, *Irische elfennärchen* p. XXV; cobalus hibernicus, qui vocatur *churicaun*, hominem invitat ut septem annos et unum diem ipsi inserviat, ib. p. 100; qui cum diabolo foedere coniunctus septem annos neque lavatur neque capillos pectit liberatur, myth. 970. Alia quaternos, quinos, denos durant annos foedera; Fausti solius viginti quatuor.

beuf, ut Gualtherus et hoc etiam distinctius, bis indicat:

p. 84 diex m'a grevé, je l' greverai;
jamès jor ne le servirai:
je li ennui.

p. 88 diex ne m'i puet nuire
ne rien aidier,
ne je ne puis à lui plaidier.

Idem commemorat diabolum saepius iam ab hominibus deceptum esse: postulat enim diabolus literas bene scriptas (p. 89),

quar maintes genz m'en ont sorpris
por ce que lor lettres n'en pris.

Magus, quem Rutebeuf vocat *Salatin*, cum diabolum arcessit iam carminum illorum cabbalisticorum unum incantat quorum verba prorsus nullo continentur sensu, quibusque perpetuo utuntur magi inde a saeculo quinto decimo. *)

Eodem saeculo tertio decimo primum quod novimus *lingua Germaniae superioris de Theophilo carmen* compositum est, quod, adhuc ineditum, e palatini codicis 341 apographo berolinensi (bibl. regiae ms. germ. fol. 455) hic profero. **)

*) Vel hodie interdum a populo ad removendos morbos incantantur: cf. v. gr. Tettau und Temme, *Die volkssagen Ostpreussens, Litthauens und Westpreussens*, p. 270sq.

**) Inest idem in codice carminum theotiscorum qui servatur Koloczae.

- Pal. cod.* 341 Nu sult ir wunder schouwen
p. 54^d an der guoten vrouwen,
 wie si wil helfen unde kan.
 ez was ein kreftiger man
 55^a 5 in einem lande ein bischof:
 der het über sînen hof
 und über daz ampt an sîner stat
 einen andern gesat;
 der was genant Thèophilus.
 10 dirre vicedominus
 den bischof harte wol verstuont,
 als die wîsen noch tuont.
 swaz man dâ solde schaffen,
 den leien und den pfaffen
 15 besunder und in allen
 muost er wol gevallen;
 wan er sô billiche vertrat
 daz ambet und des hêrren stat,
 dar inne er vlizlichen warp.
 20 dô der bischof gestarp
 und die tuomhêrren gar
 nâmen an gespræchen war
 wen man ze bischofe kûre,
 si satzten in dô manegen fûre:

Primo versui in codice praecedunt verba Ditz mere hebet
 sich an also von dem heiligen theophilo. 10 (*et* 52). vice
 Dominus 11. verstuont, *ejus vice functus est*; *cf. Schmelleri lex. baiov.* 3,600 *et* vertreten. 12. wîsen alle n. t.
 19. vlislichen: wîslîchen? 22. angesprochen: gespræche
concilium, *cf. Barl.* 396, 28 ein gespræche er (der kûnic) dô
 gebôt den fûrsten algelîche über al sîn kûnicrîche.

- 25 iedoch gevielen si dar an
 daz si den êrhaften man
 Thêophilum wolden hân.
 als er des willen het entstân,
 den man im drâte underschiet,
 30 sîn dêmuot im dô geriet,
 do er quam für si alle sampt,
 die hêrschaft und daz grôze ampt
 genzlich er dô widersprach:
 'ez wære mir grôz ungemach'
 35 sprach er, 'ob diu bürde
 geleget ûf mich nu würde:
 ich hab amptes genuoc.
 daz trag ich als ichz vor truoc,
 daz ich an sîner stat bin.'
 40 aller der tuomhêrren sîn
 wart dô umbe gewant,
 und erkurn in zehant
 einen andern an daz bischtum.

28. verbo entstân eadem ratione utitur poeta idem pag.
 38^d codicis (omnes quos ex eodem codice afferro loci poetae sunt
 ejusdem) nu hân ich des vil wol entstân, 45^c als des der
 hêrre hâte entstân et 47^a, 51^b; omittit genitivum 57^d als du
 wol hâst an mir entstân; cum verbo passivo secundum codicis
 scripturam iungit nominativum 53^d wirt ez mê von iu entstân
 (cf. Otfridi Intstandan c. acc., Graff 6, 601; genitivum non nisi
 cum verbis sich entstân coniunctum reperi). 29. vnder schriet.
 31. Dar er — allentsampt. pariter voces gesamt: ampt (sic
 in codice scriptae sunt) sive gesamt: amt in versuum exitu
 iunguntur sono 35^c, 37^d, 45^c. 38. ich v. 43. bischtum
 forma ex inferioris Germaniae dialecto videtur esse repetita, ut
 sunt vrunt 142, verzlen 87 (et quas ibidem annotavi formae; cf.
 Frommanni annotatt. ad Herb. 179. 425. 1885) aliaque nonnulla
 poetae verba.

- der liez ouch Thèophilum
 55^b 45 dar nâch wesen an sîner stat.
 dar under schiere ein sache trat,
 daz der bischof verwarf
 in einem ungemüete scharf
 Thèophilum vor vîntschafft
 50 von der benanten hêrschaft.
 des schamte sich Thèophilus,
 daz er niht vicedominus
 als dâ vor solde wesen.
 er dûhte sich gar ungenesen
 55 an êren unde geletzet,
 daz er was entsetzet
 von des amptes werdikeit.
 sîn ungemach und sîn leit
 alze verre in dô vertruoc;
 60 wan ez in groblichen sluoc

46. voce treten *poeta saepius utitur peculiari modo*; cf. *hujus carminis versus* 106. 243. 258. 302 et 36^b Bonifacius ein pabest was, als ich von im geschriben las, der ze Rôme in der stat an vil genâden ûf trat, 37^a der blinde vrœlich heim trat, 42^a ein schûeler der sô hin trat ûf süntliche strâzen, 43^a (*monachus*) der wol in gotes wegen trat, 47^c wand er nâch unserm willen trat in der sünden hâken (: erschrâken), 48^d fûlheit und unrehtiu zlt trat von im hin bi sit, 51^b ir herze (*acc.*) trat grôz angest an, 60^d sîn zorn ist gar besit getreten, et 52^b ûf trat *bis de sole oriente dicitur.* versus 47 et 48 *inverso ordine in cod. scripti sunt.* 47. *ad vocem* verwerfen cf. v. 214 et 58^b wan er verworfen hete got, 58^d wan ich durch jâmerlichen spot hân verworfen minen got. 49. dur vîntschafft? 50. vor. cf. 73. 59. vertragen *deducere*: cf. *Herb.* 159, *quem locum Ziemannus in lex. videtur recte interpretatus esse 'auf falschen weg leiten, verleiten.'* 60. groblichen] 45^d der kamerær die rede wac sô hêhe daz

- ûz der rehten strâze hin,
 im ranc nâch hêrschaft sîn sîn,
 als nâch dem âse tuot der rûde.
 nu was ouch in der stat ein Jûde,
 65 der in den swarzen buochen
 die liste kunde ersuochen
 daz er mit tiuveln umba gie.
 Thêophilus dô gar verlie
 sîn herze ûf disse Jûden rât.
 70 in der hœhsten unvlât
 gruob er nâch erzenien,
 die in solten vrîen
 von dem benanten leide.
 'dîn sorge ich von dir scheide'
 75 sprach der Jûde, 'ob ich an dir
 gehœre daz du volgest mir,
 swaz ich dir nutzlich râte.'
 und dô sprach jener drâte
 'jâ ich: sprich waz du wilt.
 80 mîn herze nihtes niht bevilt
 ez envolge dir vil gar.'
 als des der Jûde wart gewar,
 er sprach 'sô wil ich dir sagen

er ir erschrac und si in groblich muote, 51^a ir herze grob-
 liche erquam, 50^b sîn gâbe was sô grop (: lop) spilliuten unde
 vrîen daz si muosten schrien mit offentlichen worten sîn lop
 an allen orten, 60^d beidiu kleine unde grobe (: lobe) swaz er
 sünden weste die liez der helt veste von im in der blhte.
 63 sq. cf. 36^c von allen Jûden: von den rûden. 66. list
 68. Thephilus 69. ditz 70. diu unvlât, ut 47^b. 52^d,
 pro usitato der unvlât. 74. vor 79. Ja ia sprich dv w.
 83. er] Do .

- die wârheit und der niht verdagen,
 55c 85 wie du kumst in die werdikeit.
 gotes und der kristenheit
 solt du dich verziên
 und dar zuo Marien.
 tuo niewan daz eine
 90 (dès wâr, ez ist doch kleine
 und liget niht grôziu maht dar an),
 sô wirt dir genzlich undertân
 dîn volliu hêrschaft als è.
 dir wirt gewaltes dennoch mê,
 95 des dir der tiuvel helfen sol.
 Thêophilus sprach 'tuo sô wol
 und hilf mir in daz ambet wider:
 ich wil mit alle werfen nider
 von mir swaz du hâst benant.'
 100 dô rief der Jûde sâ zehant
 einen tiuvel, der quam
 und sich die sache ane nam
 diu hie beteidiget was.
 der Jûde im dô vor las
 105 disiu leitlichen wort.
 'wilt du' sprach er 'treten vort

87 (et 109). verziên: *iisdem vocibus* verziên: Marlen *ver-*
sus terminantur p. 57a. 60^e, wle (wlhe, *inauguro sacerdotem*):
 Marle 53^a, zlt (*tempus*): ir wilt (wlhet) 53^e, hie: sie (sihe,
video) 59^a. 91. *dei et Mariae non magna est potestas*.
 98. mit willen w. sider: cf. 57^d wirf et Marlen von dir hin.
 58^d daz er genzlich von im warf alle vreude âf erden hie.
 100. sâ deest. 102. der sache. 105. leitliche.

- an diner sache?' 'jâ' sprach er.
 'sô ist des tiuvels beger
 daz du dich solt verzien
- 110 gotes und Marien
 und kristenlîches lebenes.
 ist daz du dich verebenes
 und diſen drin widerseist,
 sô wil haben dirre geist
- 115 von dir ein hantveste,
 diu dich zuo im veste.'
 dô sprach sîn valschiu zunge
 'in rechter vestenunge
 schrib ich swaz ich sol schriben;
- 120 daz ich ot mûge beliben
 an êren als ich ê beleip.'
 hie mite er einen brief schreip
 mit sîner wol verdampften hant.
 als er dô was volant,
- 55^d 125 der valsche tôrehte gief
 slôz an den leidigen brief

112. ver ebens: sich verebenen *praebet Schmeller* 1, 12, daz wir uns genzlich verebent und verricht haben; *de eadem voce disseret Guilelmus Grimm ad carminis 'Athis und Profilias' inscripti fragmentum A, v. 110. verborum sensus est Si tecum pacisceris ut his tribus fidem renunties.* 116. beste
 119. Ich schribe swaz 123. cf. 58^a mln wol ver-
 vluochtiu zunge. 124. gewant. *fortasse geant: exstat*
volant 36^a (bis). 42^b. 42^c. 44^a, *ita formatum quasi anti-*
quioris linguae verbum non fuisset entlôn sed entjan.
 125. gief, *stultus*. 42^a ein tumber gief; *kolocz. cod. 112, 601.*
Reinhart 866. Müller 3, XL^b.

- sîn insigel. diz volquam.
 der tiuvel disen brief nam
 und fuorte in hin ze grunde,
 130 dâ mit leides funde
 Thèophilô geordent wart
 ein stat nâch sîner hinvar, t,
 dâ er solte sitzen
 an kelden und an hitzen
 135 gepîneget in der hoehsten klage.
 dar nâch an dem andern tage,
 dô diz gelübde geschach,
 des tiuvels kunst für brach;
 wan er mit vlize alsô warp
 140 daz diu ergerunge erstarp
 die den bischof hete enzunt
 ûf Thèophilum sînen vrunt.
 der bischof nâch im sante.
 sîn leit er im wante;
 145 wan er in vriuntlichen bat
 daz er wære an sîner stat
 und des amptes pflæge,
 wan im daz wol gelæge
 und aller beste wære kunt.
 150 sus wart im wider in der stunt
 sîn ambet und sîn êre,
 dar an er fürbaz mêre
 wuohs nâch des tiuvels spot.

127. vol quam 130. kunde 135. klagen 136. an
 den a. tagen 140. vntz die er gervnge 143. noch 144. er-
 wante, im *initio versus sequentis scriptum est.* 149. und *deest.*

- nu wolt ouck unser hêrre got,
 155 der wîse und der milde,
 an im geben ein bilde
 uns sündern vil kranken,
 daz wir niht solten wanken
 an siner heiligen zuoversiht.
 160 nie wart sô grôzer sünden phliht
 noch sô starkiu vriuntschaft
 an dem menschen behaft
 ze des tiuvels untriuwe,
 kumt er in ganze riuwe,
 56^a 165 sin breche unde velle
 mit tugentlicher snelle
 aller hande sünden bant.
 Thêophilô wart gesant
 ein fuoge rehter riuwe,
 170 sô daz der ungetriuwe
 gesach wol offen sînen schaden,
 wie er sich hæet überladen
 mit einer swæren bürde,
 und welch lôn im würde
 175 nâch dises lebenes ende.
 do er die missewende
 in im selben gesach,

157. vil] uns. cf. 220. 159. zv s. h. zv versiht 160.
 Niewart, *deest* sô. 162 sq. cf. 40^b daz herze iedoch im
 was behaft ze unser vrowen alsô tief; 40^c war an daz herze
 im was behaft, daz macht er niemanne kunt. 166. elle.
 lle (: vlle, *hmet*)? an tugentlicher snelle *legitur* 34^d, in guo-
 ter snelle 53^b. 171. besach 174. welche lone 176. Der
 die 177. selber geschach

- durch sîn leidic herze in stach
 diu strâle hellevorhte.
- 180 diu selbe ouch an im worhte
 daz er sich aller vreude enthielt.
 herze unde hende er vielt
 ze got und zuo Marien:
 weinen unde schrien
- 185 was im stæte wolveil.
 daz grimmige urteil
 daz von gote würde gegeben
 über sîn vil armez leben
 hete er stæte in blicke;
- 190 dar umb im dicke und dicke
 diu ougen überrunnen.
 im wârñ der riwen brunnen
 milticliche entslozzē:
 hie von wart ûz gegozzē
- 195 durch sîn ougen miltiu fluot.
 dô sîn betruobter muot
 eine wîle des gephlac,
 zeimâl er vor dem alter lac
 dâ diu reine milde

178 sq. cf. 58^d in in begunde schiezen diu riwe ir pfl
 alsô scharf daz . . . 180. Die sache 181. vreuden: cf.
quae Lachmannus ad Iw. 1159 annotavit. 185. wolveil: geil
 (adj.) *sono iunguntur* 57^c, wolveil: heil (subst.) 60^b; *pariter*
 unrein: schein (*apparuit*) 48^c. 187. gote deest, waz g.
 190. Dar inne cf. 39^c iedoch vil dicke und dicke sprach
 er daz âvê Marjá; 46^a wand er mit sünden ist geblant, der
 er vil und vil begât. 192. waz der cf. 59^c der brunne
 sines herzen alsô hôte ûf erdôz (er vf er doz *cod.*) daz zuo
 den ougen ûz vlôz ein bach in milticlicher fluot. 196. be-
 trvbet. 198. fvr dem

- 200 stuont an einem bilde
 und hete ir kint in ir schôz.
 sîn klagendez siufzen was sô grôz,
 do er unser vrowen ane rief,
 daz er vor müedikeit entslief
56. 205 vor dem alter dâ er lac.
 die wîle er dises slâfes pflac,
 in des geistes schouwe
 erschein im unser vrouwe,
 diu in ernstlîch ane sach
- 210 und mit getriwen Worten sprach
 'eyâ du tôrehter man,
 waz hâstu arges getân,
 daz du mîn kint unde mich
 verworfen hâst sô jâmerlich
- 215 und ouch daz kristenlîche leben,
 daz dir ze sælden was gegeben.'
 'ô sprach er 'du vrowe guot,
 durch dîn selber dêmuot
 sô lâ dich nu erbarmen
- 220 mich sûnder vil armen,
 oder ich bin êwiclîche verlorn.
 verkius, vrowe, dînen zorn
 gên dînem lieben kinde,
 daz ouch sîn zorn erwinde,
- 225 den er ze rehte ûf mich hât.
 owê, wê der missetât,

203. In dem er 205. do er 210. mit gelerten wor-
 ten vñ sprach 214. *adverbiorum terminatione* lich *saepius*
uitur poeta. 218. selbes 221. O der 222. ver keus
 223. Gegen

- in der ich bin unz her gesîn!'
 dô sprach zuo im diu künegin
 'wilt du nu versinnen dich
 230 und mîn kint unde mich
 in rehtem lobe erkennen
 und dich fûrbaz nennen
 einen kristenen man
 und dar an tugentliche bestân
 235 mit vestenunge hie unt dâ?'
 'jâ.' 'wærlichen jâ?'
 'jâ' sprach er, 'vrowe guot.
 ich wil herze unde muot
 immer an dich wenden.
 240 hilf ot mir nu verenden
 gên dinem lieben kinde
 daz sîn zorn erwinde,
 in den ich verre bin getreten.'
 dô wart Jhêsus gebeten
 56° 245 von ir unz er abe liez.
 Mariâ hûeten in dô hiez
 daz er iht anderweide
 sich strikte in die leide;
 wan im disiu was verlân.
 250 und dô entwachte dirre man
 mit vreuden grôzen genuoc,
 siner sorge er vil versluoc

227. den 233. kristen 236. Ja w. ia ia 238. Ja
 ich 240. mir nimmer ver enden 241. Gegen d. vil liben:
 cf. 223. 268. 245. *omisso obiecto verbum* abe lâzen *alibi*
non reperi, sed cf. der ablâz. 247. *idem verbum* anderweide
legitur 49^b, *quocum cf. nostrum* anderweitig. 252. sorgen.

- durch die schoenen gesiht.
mit alles lobes zuophliht
255 dankt er der edelen vrouwen,
diu in ê liez schouwen
wie si ir kint für in bat.
iedoch niht genzlich von im trat
sin leit, sin altiu vorhte
260 daz in der brief verworhte
den er noch dort weste
in des gelübdes vesté
daz er è den tiuveln tet.
dô sprach er aber sin gebet
265 hin zuo der edeln vrouwen:
'du vrowe, lâ mich schouwen,
ob ich armer vinde
an dinem lieben kinde
daz er mir mine sünde vergit,
270 den brief der dort verborgen lit
und ein geziuc ist über mich.
vrowe mîn, daz underbrich,
und schaffe mir den brief wider:
sô lit mîn zwivel gar dâ nider
275 des mîn krankez herze phlac.'

253. schone 254. zv phliht: 36* mit aller tugende
zuophliht diene si ir baz denn é, 58* ich wil ie haben zuo-
phliht an si mit hoffenunge. 259. diu alte? 260. Daz ie-
ner brief worchte 266. laz beschowen 271. Der ein
272. vnder brich: cf. 42* ich mac wol underbrechen mit
rehter wârheit disen strît, 60* du solt des (dar *cod.*) under-
brechen und lâzen sîn durch mich verkorn gegen im allen
dînen zorn.

* * * *
 * * * *

- in dem gebet er ouch entslief.
 und dô begunde er schouwen
 280 als ê unser vrouwen,
 des sich minnert sin nôt.
 unser vrowe dô gebôt
 mit gewaltes volleiste
 dem vil übeln geiste
 285 daz er den brief solde holn.
 des wart der tiuvel verkoln,
 56^d daz er mit lûter stimme schrê
 'wâfen hiute und immer mê,
 waz uns diu vrowe schaden tuot!'
 290 doch muost er varn in die gluot,
 swaz er klagte unde rief.
 er brâhte wider disen brief.
 der wart gegeben Thêophilô.
 dô entwacht er und wart vrô,
 295 wan er den brief bi im vant.
 er gienc hin al zehant
 mit freuden für den bischof
 und hiez berüefen ûf den hof
 al gemein die pfaffheit.
 300 wie im der tiuvel ê besneit
 und wâ mit er wart geschant
 daz macht er offenliche bekant,
 und wie er unser vrowen bat,

278. entslack 281. sine 286. sô verkoln? 299. der
 300. besniden *proverbialis videtur dicendi ratio* pro betriegen.

- diu getriulich für in trat,
 305 unz er entwart der sünde.
 ein offen urkünde
 wiste er und gab in den brief.
 daz volk dâ mit vreuden rief
 nâch reines willen gebot
 310 'gelobet sistu, hêrre got,
 an der getriwen muoter dîn,
 diu sô getriwe uns mac sîn
 daz wir mit ganzem muote
 bevelhen uns ir huote
 315 und in ir scherm uns verlân.'
 Thèophilus der guote man
 starp an dem dritten tage.
 sîn leit, sîn ungemach, sîn klage
 wart von Marien im benomen,
 320 als ir habet nu vernomen
 hie vor an den worten mîn.
 des sî gelobt diu künegin.

313. So wir 314. vns in ir 319 sq. benomen: vernomen
 321. hie bevor

Vicesimum secundum hoc carmen est inter viginti tria in laudem Mariae condita, quorum quodque terminatur versu *des sî gelobt diu künegin*, excepto primo, quod finitur verbis *sus sol von rehte unser sîn geloben des himels künegin*. Eandem illud praebet fabulae speciem quam graecus auctor et qui eum secuti sunt, eo duntaxat leviter discrepans quod Theophilo bis tantum in hoc apparet Maria et bis somnianti, quum in ceteris fabulae narrationibus ter illam con-

spiciat, primum, poenitentia quadraginta dierum acta, vigilans misericordia motam, deinde tribus diebus post iterum vigilans poenae remissionem, quam ipsa interim a deo petierat, accipiens, tum demum somnians post novos tres dies literas, foederis pignus, reddentem *).

A prima fabulae specie longe discedit poeta saxonicus *Brân de Schoenebecke*, qui anno 1276 scripsit, ut profitetur ipse p. 81 codicis. Inter varias historias quas sententiis theologicis tanquam exempla immiscuit, carmen in honorem Mariae compositum (Vratislaviae in reh digerana bibliotheca servatum est **), Theophili fabulam p. 219 — 223 exhibet, quam in Germania pervagatam fuisse docemur his verbis

*) Secundum illorum carminum vigesimum tertium, in quo fabula refertur equitis qui cum diabolo foedus icerat et Mariae intercessione servatus est, Maria Christum infantem, quem brachiis tenuerat, in altari deposuit et ante eum in genua procumbens Theophilo clementiam poposcit: eandemque in hoc quoque, quod supra posuimus, carmine poeta videtur Mariae precationem parum accurate descriptam finxisse.

**) Satis rudis est cantici canticorum circumlocutio brevis et interpretatio valde verbosa sententiis imaginibusque mysticis repleta, quam poeta Mariae dedicat: cf. p. 7 mfn begin . . . daz ich ir (Mariae) ze dienste gebe an der hoffnunghe ich lebe, p. 55 nu ze erste hân ich si (Mariam) genennet der min munt lobes bekennet, und der ich diz buoch hân gedâht, ob ez wirt vollebrâht, p. 79 wære mfn munt nu sô wîse, ich wolde an dîses buoches ende si loben sunder missewende der ich des (dezes selbes *codex*) buoches urhap und begin ze dem êrsten gap. — Superioris Germaniae dialecto haud raro inferioris voces immiscet poeta. Carminis finis in codice, uno qui exstat, desideratur, sed e partium dispositione, quam poeta antea indicavit, pauca tantum deesse intelligitur.

‘wie ez dar wære komen (ut Theophilus cum diabolo pacisceretur),

daz hât ir âne mich vernomen.’

Theophilum hic accipimus trinitati omnibusque coelicolis fidem renuntiasse, non Mariae; her wold sich ir verzihen nie: daz im sint ze vröude ergie *). — Sanguine et hic, ut diximus, literas scripsit, a diabolo ita pressus ut sanguis e cute erumperet:

der tiuvel twank in alsô harte

daz her gwan bluot ûz siner swarte

und schreip durch der rede urhap

eine hantvest unde gap

si dem leidegen tiuvel Sâthan (: dar an).

Theophilum a diabolo ullo modo adiutum esse poeta non refert; poenitentia vero commotus non est antequam mortem sentiret propinquam (p. 220): tunc Maria ipsa ad inferos descendit et literas scidit, quas deus se recuperaturum negarat:

‘ez enist ouch sô niht gestalt

daz ich dem tiuvel tuo gewalt ¹⁾);

*) Hartmannus de Maria tacuit tantum (v. supra p. 13); ceteri auctores omnes narrant Theophilum Mariam quoque ejurasse. Secundum alias vero fabulas homo cum diabolo paciscens interdum Mariae fidem servat eoque magis ab ipsa juvatur, ut eques cuius fabula supra memorata in palatino codice 341 fabulam nostram sequitur. Aperte recentior haec est fabularum deformatio, a nimia Mariae veneratione profecta; quum non perspiciatur quo pacto qui deum illudit Mariam pie colere possit: quapropter iure diabolus irridet equitem eundem, v. 170 tuo hin, ez ist ein affenheit daz du mir dienen wilt und dich der rede niht bevilt dun (Dvnen *cod.*) wellest wesen under ir. beide an ir und an mir maht du niht beider sît genesen; du muost dir einez ûz lesen.

¹⁾ tu keyne gew. *codex.*

daz gelobete ich zer stunt
 dô ich Adâm ê ²⁾ machte gesunt
 und die helleporten zebrach:
 mîn munt im vor ³⁾ des verjach.
 sich wie mac ichz ⁴⁾ dan erwenden?
 Marjâ sprach 'du solt mich senden
 in die helle mit mîner kraft;
 ich werbe liht die botschaft
 daz sich der tiuvel muoz schemen.
 ich wil im den brief nemen
 und tilg in, daz ist gewis,
chirographum ⁵⁾ *iniquitatis*.
 sun, ich vare mîne wege:
 dîn rehtiu hant sî mîn pflege.'

Marjâ dô in die helle vuor,
 alsô mir hie die schrift swuor,
 mit vil übermüeteger craft ⁶⁾
 und mit minniclicher geselleschaft.
 den brief nam Marjâ ⁷⁾ zer stunt
 in der helle vullemunt
 und zereiz in in stücke. ⁸⁾
 daz was Thêophilus ⁹⁾ gelücke;
 wan her wart sus erlöst.
 daz tet Marjen richer trôst.
 dô die tiuvel dise gewalt sâhen,
 von wunder sî alle jâhen

²⁾ ademe *cod.* ³⁾ antea
graphum cod. ⁶⁾ bracht *cod.* ⁴⁾ ys *cod.* ⁵⁾ Cyro-
initio versus sequentis legitur. ⁷⁾ vox Marjâ in *codice*
⁹⁾ Thêophil? ⁸⁾ czu stucken *cod.*

einer zem anderen dâ ¹⁰⁾

‘que est ista speciosa?’

Graecus auctor et qui antiquam fabulae rationem retinuerunt ne verbo quidem attingunt quo modo literae diabolo ereptae sint; itaque poetarum populique ingenium ad imagines effingendas incitabatur, aliudque hic videmus fabulae incrementum ex eodem tamen consilio ortum quo illud Hartmanni, qui diabolum literas de coelo deiecisisse narrat.

Nederlandicum carmen saeculo quarto decimo compositum *), diligenter quidem expolitum, sed parum vividum, adeo cum antiquissima narratione consentit ut dubitare nequeamus quin latinus auctor ad quem poeta provocat (v. 13) aut Paulus diaconus fuerit aut Marbodius. Marbodum tango primum quod narrat poeta batavus diabolo in consessu, quem adierunt Theophilus et magus, patris honorem tributum esse,

v. 574 dat was die here van algader,
dien si eerden als haren vader,
als haren vader, ja vele meer,
dat was haer heere Lucifeer;

¹⁰⁾ zu dem a. sprach al da *cod.*

*) *Theophilus, gedicht der XIVe eeuw, gevolgd door drie andere gedichten van het selfde tydvak, uitgegeven door Ph. B. (Blommaert) Gent 1836.* Quae in prooemio de aliis fabulae narrationibus profert Blommaert tanquam sua, fere omnia Monii sunt, ex eius commentatione saepius memorata ridicule transcripta, ut vel typographi sive scribentis mendum ‘Acta S. S. Febr. I’ pro ‘Febr. IV’ (Anzeiger 1834 p. 276, Blommaert p. XII) servatum sit. Novi Blommaert nihil affert nisi Gualtherum de Coinsi fuisse Priorem monasterii *Vis-sur-Aisne* et poema quod edidit ipse haud multum distare a Paulo et Marbodo, id quod primo aspectu cognoscitur.

quemadmodum in carmine latino magus diabolum invocat patrem (v. supra p. 12): deinde quod v. 1472 batavus poeta inter peccatores ante Theophilum poenitentia expiatis Mariam Magdalenam commemorat, quam praeter eum Marbodius tantum et Germaniae inferioris poeta, de quo statim agemus, afferunt, quum Petrus, Paulus, Zachaeus, Ninivitae, Rahab, David, Cyprianus iam ab auctore graeco memorentur (cf. Hroswitha p. 139, Gualtherus p. 300).

Scenicum carmen saeculo quarto decimo de Theophilo *lingua Germaniae inferioris* conditum *) discre-

*) Ed. Bruns, *Romantische und andere gedichte in altplatt-deutscher sprache* p. 296 — 330. — Scenicum iam Mone (l. c. p. 275) carmen vocat, quasque ob causas dubitet Koberstein (*Grundriß der geschichte der deutschen national-literatur* § 160 ann. f.) num scenicum sit nescio. Delendi sunt versus, ab illo qui scenicum carmen in epicum convertere studuit additi, 1 sq. 56. 248 sq. 268 sq. 296 sq. 312 — 314 (de 314 cf. 336). 419 sq. 732 (versus cuius vox extrema cum voce got 733 aequo sono coniuncta fuit deest), item verba saepius iterata *Theophilus* (et vel *Theophile*) *sprak* (quae jure omissa sunt 238), *Satanas sprach*, *Maria sprach*, *Jesus sprach*: interdum versus quibus haec verba praeposita sunt a librario videntur amputati esse, qui universum carmen barbare corrumpit. — Scenarum ordo hic est: 1 — 55 Theophilus adest solus; ante v. 57 procedit Satanus, Theophili carmine accitus; colloquuntur inter se usque ad v. 295 (post v. 150 Satanae responsio videtur deesse; v. 254 abit Satanus et statim revertitur divitias afferens); v. 298 — 311 (311 lege *bekennen* pro *beschauen*) Theophilus, egresso Satana, de facinore suo meditatur; sequitur oratio sacerdotis 315 — 418; Theophilus poenitentia commotus queritur 421 — 452, Mariam alloquitur inde a v. 453; in scenam prodire videtur Maria v. 469, atque v. 483. 612. 716 fingitur Theophilum interea tres fere dies Mariae opem implorantem humi iacuisse; colloquuntur 469 — 514 Theophilus et Maria, 515 — 610 Maria et Iesus, 611 — 628 Theophilus et Maria, 629 — 693 Maria et Satanus (v.

pantias multas sed minoris tantum momenti praebeant ut prope suspicemur poetam e libro fabulam non hausisse. Theophilus dives potensque episcopus fuit, sed quod canendi et legendi eum piguit ab officio remotus diabolo se tradit ut ab eo ditatus inimicis repugnet. *) Diabolus, Theophili carmine audito, ex Iudaea, ubi regis cuiusdam mortui anima potiri studuerat, accurrit. Theophilus divitias poscit et animam diabolo offert: sed cunctatur Satanias, quia saepe ab hominibus deceptus sit, qui viginti vel triginta annos diabolorum bona heluati post diabolis erepti sint (93—100). Itaque literas scriptas postulat a Theophilo, annulo obsignatas, eique imperat ut deum, Mariam omnesque coeli incolas, omnes homines bonos, *solem, lunam, sidera* abdicet, ecclesiam orationesque sacras fugiat, stipem in diaboli tantum honorem spargat (176—200). Mariam eiurare dubitat Theophilus, sed diabolo urgenti obedit atque *tres pedes retrogressus* (235) iurat. Tum Satanias affert aurum et argentum, gemmas, vestes pulcras, cibos optimos (255 sq.). Sacerdotis vero ora-

665 Satanias abit Mariae jussu et v. 666 revertitur affirmans se loca inferna perlustrasse literas a Theophilo acceptas frustra quaerentem); 694—705 Satanias alloquitur Luciferum, summum dominum suum (246), 706 sq. Mariam et 708—715, ut videtur, spectatores, fortasse Mariam. 716—731 Maria alloquitur Theophilum, qui dormiens in scena iacet, quum 724 dicat virgo se literas illas eius pectori imposuisse et 727 distincte 'si nunc expergisceris'; itaque verba (721) '*so singet Theophile Alma mater deipara*' corrupta sunt atque aut angelorum cantus hic auditur aut post v. 731 expergefactus cantat Theophilus, fortasse fabulam cantu finiens, ut et Rutebeufii carmen finitur hymno Te deum laudamus.

*) De mago iudaeo tacetur.

tionem ad poenitendum actus Mariae auxilium implorat Theophilus, quae Christum commovet ut Theophilo poenas se remissurum polliceatur, dummodo Maria chartam diabolo traditam recuperet (cf. supra p. 36 sq.). Satanas chartam amissam esse quum fingat, Maria locum ubi servetur significat *): ita diabolo eripitur Theophilus. — Poeta ingenio admodum alacri fuit; ipsum carmen licet interdum parum urbanum sit, fervore tamen et lepore non prorsus indiget. Diabolus iam macchi fere partes agit, qui illudatur et decipiatur ut rideant spectatores: ipse ne quis Theophili exemplo inducatur ut pactum cum diabolo faciat jocose monet:

708 se sîn legen edder pâpen,
 se endorven uns nicht mêr âpen.
 sint uns dusse is ghenomen,
 so enderf uns nemant tô komen.
 kumpt uns gemant mêre tô,
 ik wil one vueren alsô
 dat ome scal werden ein bejach
 dat he sîne nese wol hûden mach.

Frustra quaesivi Herculis Vincemalae Miracula Mariae virginis (Mediolani 1579. 4°), quem fabulam Pauli translationi concinentem narrare ait Mone l. l. p. 276. Ab auctore carminis pulcri *Prière de Theophilus* (Iubinal l. l. 327 — 331) atque a ceteris quos novi scriptoribus qui fabulam ut notam breviter attingunt quam late fuerit pervagata docemur, quae in enar-

*) Verba 686 'he lit Lucifer under sînem jucke' corrupta videntur; fortasse legendum 'hinder sînem rucke' et 700 'de hinder di lit begraven'; Lucifer enim se demittat (dat he sik bucke 687) oportet ut charta promatur.

randa fabulae historia referamus non accipimus. Cf. locos latinos a Bollando et Henschenio l. l. p. 482^b. 483^a, antiquiores francicos a Iubinalio l. l. p. 263—265, germanicos a Iac. Grimmo myth. p. 969 et a Monio l. l. p. 273. 274. 276 *) laudatos (accedit *Goldne schmiede* 612—617). Etiam in Hispania fabulam circumferri nos docet Berceo (myth. ib.), neque in Italia post Paulum neapolitanae ecclesiae diaconum oblivioni datam esse Constantius Felicius affirmat (cf. Acta SS. l. l. 483^b). Maxime tamen in Germania et apud Francogallos floruisse fabulam ex iis quae supra exposita sunt satis apparet. Testem britannicum desidero.

In Francogallia anno 1539 Cenomani in campo Iacobinorum publice actam esse Theophili fabulam Iubinal ex epistola quadam ad ipsum scripta comperit (l. l. p. 269). Ab hoc assumo etiam Carpentarii locum (s. v. Ludus Christi), qui ex anni 1384 fastis refert 'que les habitans de la ville d'Aunay et du pays d'environ eussent entrepris que le dimanche après la Nativité saint Jehan Baptiste, ilz feroient uns jeux ou commémoration du miracle qui à la requeste de la virge Marie fust fait à Théophile, ouquel jeu avoit un personnage de un qui devoit getter d'un canon.'

Etiam nunc templum Nostrae Dominae parisiense duabus imaginibus caelatis ornatum est quae Theophili fabulam spectant: in una earum gladio armata efficta

*) Geilerus de Keisersberg in libro *Christenlich bilgerschaft zuom ewigen vatterland* fol. 34^a de Mariae abnegatione, ut ait Mone, tacet quidem; sed eum latino quodam auctore usum esse, id quod contendit idem, e paucis Geileri verbis nequaquam intelligitur.

est Maria diabolo minas intendens, ut sculptor eandem fere ac Brun de Schoenebecke fabulae rationem novisse videatur. Item in aliis Franciae ecclesiis Theophili lapsus et salvatio imaginibus repraesentantur (Iubinal l. l. p. 265 — 269). In Germania ejusmodi imagines exstare non audivimus.

Sanctorum in numerum quando relatus sit Theophilus et a quo nescio: videtur autem ex illo tempore gratior fuisse et sacerdotibus ea fabula et popularibus. Paulus diaconus De Theophilo, nondum De sancto Theophilo scripsit, at Simeon Metaphrastes, teste Bollandi, Sancti Theophili poenitentiam quarto die februarii retulit. Eodem die Theophili memoriam quotannis celebrari affirmant Canisius aliique (Acta SS. l. l. 483^b); in martyrologio vero germanico diem 13 octobris, in 'auctuario manuscripto Carthusiae Bruxellensis ad Usuardum' 14 ejusdem Theophilo sacratum esse contenditur (Acta SS. ibidem).

Restat ut argumenta afferam quibus fretus ab uno Paulo diacono occidentis populos Theophili fabulam accepisse censeam. Ac primum quidem omissum est a Paulo Adanae urbis nomen, quod in utroque codice graeco, praeterea ante Gentiani Herveti translationem nusquam legitur; quamquam ab omnibus fere qui fabulam copiosius tractarunt auctoribus commemoratum est Theophilum in Cilicia natum esse. Deinde quae supra p. 7 ex graeco libello excerpta sunt, quibus narratur Theophili barbam a diabolo mulsam ipsumque basiatum amicissimeque appellatum esse in Pauli translatione desiderantur, quamquam et haec graecus codex uterque et Gentianus praebent; at nullus medii aevi

auctor hanc narrationis partem miram sane et memoratu dignam ne verbo quidem tetigit; quamvis res multo minutiores a Marbodo, Hroswitha, Gualthero, poeta batavo aliisque verbose exponantur nec quidquam quod Paulus tradiderit reiiciatur. Tum inter peccatores, quorum memoriam Mariae in mentem revocat Theophilus eius opem implorans, a Paulo omissus est Matthaeus evangelista *), quem et ipsum recentiores usque ad Gentianum tacent, quamquam ceteri peccatores saepius enumerantur (cf. supra p. 39). Neque illius clausulae a Paulo omissae, quae Eutyichianum praebet auctorem, apud medii aevi scriptores ullum reperimus vestigium. Denique vocem οἰκονόμον Paulus reddidit vicedominum **), et antiquiores qui Theophili munus memorant scriptores omnes vicedominum eum vocant; qui nisi Paulum essent secuti, unus saltem aliquis graecam vocem aut aliter vertisset ***) aut retinuisset, quam retinuit Gentianus eoque auctore Canisius et Del Rio. Additum a Paulo prorsus nihil est nisi Theophilum chartam diabolo traditam obsignasse *annulo suo*, cujus annuli mentionem faciunt

*) εἰ μὴ μετάνοια ἦν, πῶς τὸν τελώνην τὸν πάντα ἀρπάζαντα ἐποίησεν εὐαγγελιστὴν; (Iubinal l. l. 351, cf. 338). Paulum haec verba legisse inde perspicitur quod paullo post de Zachaeo agens dicit 'quomodo Zachaeum *et ipsum* principem publicanorum et calumniatorem suscepit?' fortasse Matthaeus, qui in codicibus omnibus desideratur, ab antiquissimo aliquo librario omissus est.

**) non oeconomum, id quod contendit Iubinal (p. 260), qui Pauli libellum inspexisse non videtur.

***) Quod Rutebeuf Theophilum, ut supra diximus, diaboli auxilio senescalcum factum esse refert, hoc mutare est, non vertere.

Fulbertus, Vicentius, Rutebeuf et scenicus poeta theotiscus.

Elementa igitur fabulae haec sunt. Theophilus cum diabolo foedus iniit ut eius ope recuperaret quae quamquam maxime pius fuerat erga deum tamen amiserat: haec recuperavit, neque vero a diabolo vires ullas accepit quae superarent facultates hominibus a deo traditas; magicae artis peritus nusquam fingitur: denique poenitentia expiatus, Maria potissimum pro illo deprecata, poenae remissionem a deo impetravit, ipsasque literas diabolo exhibitas recepit. Multo minus haec fabula commutata est aliis quae tantundem inter populos vagatae sunt; quum eadem sententiae, quibus initio nitebatur, integrae sint servatae. At recentiores fabulas omnes quibus homines pactum cum diabolo fecisse traduntur ex hac, quam accepimus antiquissimam, ortas esse nemo suspicabitur mythologiae germanicae paululum peritus: attamen Franciscus Mone et Philippus Blommaert Theophilum, Faustum, militarium qui eiusdem modi foedus icit aliosque perpetuo confundunt et miscent, quasi Theophili fabula sit scriptoris alicuius commentum, a populis perpetuo recoctum, neque in ipsorum populorum religione antiquissima nitatur, ex qua et ceterae illae fabulae procreatae sunt vivae. Discrimen quod interest inter christianam doctrinam ac iudaeam fabulae elementum quoddam esse ab eodem temere fingitur Monio *). Nam ut magus qui

*) 'Der gegensatz des judenthums und christenthums ist ein grundstoff dieser sage.' Anzeiger 1834 p. 275.

Theophilum ad diabolum duceret Iudaeus esse diceretur Christianorum licet odio contra Iudaeos inveterato effectum sit, aliud huius odii vestigium in ulla fabulae narratione non conspicitur: discrimen inter christianam legem et iudaeam interesse nec verbo significatur; at in fabula, cuius elementum quoddam esset illud discrimen, discrimen ipsum aut alterius saltem religionis natura et indoles si non diiudicanda tangenda tamen erat. Iudaei intercessionem parvi habendam esse iam senserunt qui de Iudaeo tacent, Hartmann, Brun et scenicus poeta theotiscus. Itaque miror cur Carolus Rosenkranz illam Monii sententiam iterarit (*Zur geschichte der deutschen literatur*, p. 98): et etiam magis mirandum quod idem eiusdem auctoris transcripserit errorem in Fausti et Theophili fabulis tria elementa communia inesse dicentis, foedus cum diabolo ictum et dei abnegationem et fortunam prosperam magica arte paratam; alterum enim illud primo iam continetur, tertium a Monio fictum est. Immo eo potissimum a recentioribus eiusdem generis fabulis differt nostra quod Theophilus magus fuisse nusquam traditur, quum qui insequenti tempore cum diabolo coniuncti esse dicebantur iidem prope omnes magi vocarentur, et qui a poetis ficti sunt, ut Merlin, Malagis, Clinsor, et qui antiquitatis illustres homines inferorum socii fuisse medio aevo ferebantur, ut Virgilius, Numa Pompilius, Apollonius, Empedocles, Pythagoras, Heliogabalus, et qui (id quod inprimis saeculo XV et XVI fiebat) etiam tunc vivi aut paullo ante mortui talis foederis insimulabantur, ut Sylvester II, Gregorius VII compluresque pontifices romani, Albertus magnus, Paracelsus, Campanella, Cardanus, Trithemius,

Agrippa, Faustus. Accedit quod homines recentiori tempore plerumque a diabolo puniti esse traduntur, unde novum inter fabulam nostram et plerasque recentiores discrimen oritur. Salvatio enim hominis antiquissimae harum fabularum formae videtur esse, quippe quae christianae doctrinae consentanea sit; atque interdum quidem homo secundum alias quoque fabulas modo Mariae *), modo sanctae Gertrudis **), modo sancti Basilii ***), sancti Ioannis †) aliorumque sanctorum auxilio servatur: at quo propius ad medii aevi finem accedimus, magis magisque hunc fabulae exitum oblivioni dari videmus. Quod homo a diabolo perimitur, hoc iam illa orientis doctrina niti videtur, qua totum mundum principali lucis et noctis discrimine seiunctum esse praecipiebatur: sed celeberrimam hanc fabulae rationem eo potissimum factam esse apparet quod idonea videbatur qua homines de scelere deterrerentur. Denique exitus fabulae est quum stolidus diabolus dolose ab hominibus decipi fingitur ††), ita ut diabolus stolidi gigantis veteris in locum substitutus esse videatur (myth. 972). Hominem a diabolo decipi, ut quae stipulatus esset non acciperet et nihilo

*) ut eques saepius memoratus.

**) Wolf, *Niederländische sagen* 358.

***) Cf. Hroswithae carmen De conversione desperati adolescentis servi Proterii per sanctum Basilium (opp. ed. Schurz-fleisch, p. 145 — 153).

†) Wolf l. l. 359.

††) Wolf l. l. 456. 458. 459. Kuhn, *Märkische sagen* 196. 203 et eiusdem 'Märchen' 7. 8. Grimmi *myth.* p. 470.

minus a diabolo vel ante diem constitutam interficere-
tur, in uno legi libello qui de Christophoro Wagnero,
Fausti famulo, conscriptus est (ed. a Marpergero re-
tractata Berolini 1712): verum hanc Wagneri fabulam
non e populari ingenio editam sed a scriptore aliquo
fictam esse censeo, quum scurrilis tantum et inepta
fabulae de Fausto traditae ea sit imitatio, neque ulla
praeter libellum istum eius exstent vestigia in ipsius
populi fabellis vivis. Itaque hominum quoddam ius
videtur fuisse ut paciscentes diabolum quidem decipe-
rent, non deciperentur a diabolo.

Berolini, typis J. F. Starckii.

